Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tionis tue in auribus meis exultauit in gaudio infans in
utero meo. Et beata que credidit quoniam perficientur ea que
dicta sunt ei a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea
dominum. & exultauit spiritus meus in deo salutari meo.

Morale est omnibus ut qui fidem exigunt fidem AMBROSII. c
astruant & ideo angelus cum abscondita nunciaret ut
fides astrueretur exemplo senioris femine sterilisque con
ceptum uirgini marie nunciauit ut omne possibile
deo quod ei placuerit assereret. In exaltatione s. CRVCIS.

Ego si exaltatus fuero a terra IOHANNIS.
omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat signifi
cans quam morte esset moriturus. Respondit ei turba.
Nos audiuimus ex lege quia xpc manet in eternum & quo
modo tu dicis exaltari oportet filium hominis.
Quis est iste filius hominis. Dixit ergo eis ihc adhuc modicum
lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis ut non te
nebre uos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris
nescit quo uadat. Dum lucem habetis credite in lucem ut
filii lucis sitis.

Que omnia nisi ex quibus princeps mundi eicietur foras. Non
autem dixit omnes sed omnia. non enim omnium est fides.